

LIBER GENESIS 2,1-25 - SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by Hans Dieter Peltzer

1 Igitur perfecti sunt coeli & terra, & omnis ornatus eorum.

Et perfecti sunt coeli & terra, & omnis exercitus eorum.

(I) Et consummata sunt caelum et terra et omnis compositio illorum.

(H) Igitur perfecti sunt caeli et terra et omnis ornatus eorum.

Igitur perfecti sunt caeli et terra et omnis ornatus eorum.

So waren vollendet der Himmel und die Erde und ihr ganzes Heer.

Vollendet waren der Himmel und die Erde, und all ihre Schar.

2 Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat: & requievit
die septimo ab universo opere quod patrarat.

*Et perfecit Deus in die septimo opus suum quod fecerat: & requievit
in die septimo ab omni opere suo quod fecerat.*

Et consummavit deus in die sexto opera sua quae fecit et requievit
die septimo ab omnibus operibus suis quae fecit.

(H) Complevitque deus die septimo opus suum quod fecerat et requievit
die septimo ab universo opere quod patrarat.

**Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat et requievit
die septimo ab universo opere quod patrarat.**

**Und eine Vollendung seines Werkes, das er gemacht hatte, hielt Gott
am siebenten Tage und hörte am siebenten Tage auf von seinem ganzen
Werke, das er gemacht hatte.**

**Vollendet hatte Gott am siebenten Tag seine Arbeit, die er machte, und
feierte am siebenten Tag von all seiner Arbeit, die er machte.**

3 Et benedixit diei septimo; & sanctificavit illum; quia in ipso cessaverat
ab omni opere suo quod creavit Deus ut faceret.

Et benedixit Deus diei septimo, & sanctificavit illum: quia in eo requieverat

ab omni opere suo, quod creaverat Deus ut faceret.

Et benedixit deus diem septimum et sanctificavit eum quia in eo requievit ab omnibus operibus suis quae inchoavit deus facere.

(H) Et benedixit diei septimo et sanctificavit illum quia in ipso cessaverat ab omni opere suo quod creavit deus ut faceret.

Et benedixit diei septimo et sanctificavit illum quia in ipso cessaverat ab omni opere suo quod creavit Deus ut faceret.

Und Gott segnete den siebenten Tag und heiligte ihn, denn an ihm hatte er aufgehört von seinem ganzen Werke, das Gott geschaffen hatte, um herzustellen.

Gott segnete den siebenten Tag und heiligte ihn, denn an ihm feierte er von all seiner Arbeit, die machend Gott schuf.

4 *Istae sunt generationes coeli & terrae, quando creatae sunt, in die quo fecit Dominus Deus coelum & terram.*

Istae generationes coeli & terrae, in creari ea in die facere Dominus Deus terram et coelum.

Hic (C) est liber creaturae caeli et terrae cum factus esset dies quo

Hic (I) liber generationis caeli et terrae cum facta sunt qua die

fecit deus caelum et terram.

(H) Istae (sunt) generationes caeli et terrae quando creatae sunt in die quo

fecit dominus deus caelum et terram.

Istae generationes caeli et terrae quando creatae sunt in die quo

fecit Dominus Deus caelum et terram.

Dies sind die Toledot (Geschlechter) des Himmels und der Erde nach ihrer Erschaffung, nachdem ER, Gott, Erde und Himmel gemacht hatte.

Dies sind die Zeugungen des Himmels und der Erde: Ihr Erschaffensein, am Tag, da ER, Gott, Erde und Himmel machte.

5 Et omne virgultum agri antequam oriretur in terra: omnemque herbam regionis priusquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram:

Et omne virgultum agri, antequam esset in terra, & omnem herbam agri antequam oriretur: quia non plueret fecit Dominus Deus super terram, & homo non ad colendam terram.

Et omne viride agri antequam esset super terram et omne pabulum agri antequam germinaret nondum enim pluerat deus super terram nec erat homo qui operaretur in ea.

(H) Et omne virgultum agri antequam ore[i?]retur in terra omnemque herbam regionis priusquam germinaret non enim pluerat dominus deus super terram et homo non erat qui operaretur terram.

Et omne virgultum agri antequam ore[i?]retur in terra omnemque herbam regionis priusquam germinaret non enim pluerat Dominus Deus super terram et homo non erat qui operaretur terram.

Als jedoch irgendein Gesträuch des Feldes noch nicht wurde und irgendein Kraut des Feldes noch nicht spross, denn ER, Gott, hatte nicht auf die Erde regnen lassen, und ein Mensch, die Adama (Erde) zu bedienen, war nicht da.

Noch war aller Busch des Feldes nicht auf der Erde, noch war alles Kraut des Feldes nicht aufgeschossen, denn nicht hatte regnen lassen ER, Gott, über die Erde, und Mensch, Adam, war keiner, den Acker, Adama, zu bedienen.

6 Sed fons ascendebat e terra, irrigans universam superficiem terrae.

Et vapor ascendebat de terra, & irrigabat universam faciem terrae.

Fons autem ascendebat de terra et inrigabat omnem faciem terrae.

(H) Sed fons ascendebat e terra inrigans universam superficiem terrae.

Sed fons ascendebat e terra inrigans universam superficiem terrae.

Aber ein Dunst stieg auf aus der Erde und tränkte die ganze Fläche der Adama (Erde).

Aus der Erde stieg da ein Dunst und netzte all das Antlitz des Ackers.

7 Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam viventem.

Et formavit Dominus Deus hominem pulverem de terra, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitae; & fuit homo in animam viventem.

Et tunc finxit deus hominem de limo terrae et insufflavit in faciem eius spiritum vitae et factus est homo in animam viventem.

(H) Formavit igitur dominus deus hominem de limo terrae et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae et factus est homo in animam viventem.

Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae et inspiravit

in faciem eius spiraculum vitae et factus est homo in animam viventem.

So bildete denn ER, Gott, den Adam aus Erde von der Adama (Erde) und blies in seine Nase Odem des Lebens, und es ward der Mensch zu einem lebenden Wesen.

Und ER, Gott, bildete den Menschen, Staub vom Acker, er blies in seine Nasenlöcher Hauch des Lebens, und der Mensch wurde zum lebenden Wesen.

8 Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio: in quo posuit hominem quem formaverat.

Et plantavit Dominus Deus hortum in Heden ab oriente; & posuit ibi hominem quem formavit.

Et tunc plantavit deus paradisum in Eden ad orientem et posuit ibi hominem quem finxerat.

(H) Plantaverat autem dominus deus paradisum voluptatis a principio in quo posuit hominem quem formaverat.

Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio in quo posuit hominem quem formaverat.

Es pflanzte ER, Gott, einen Garten in Eden im Osten. Und er setzte dort-hinein den Menschen, den er gebildet hat.

ER, Gott, pflanzte einen Garten in Eden, Üppigland, ostwärts, und legte darein den Menschen, den er gebildet hatte.

9 Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu,

& ad vescendum suave: lignum etiam vitae in medio paradisi, lignumque scientiae boni & mali.

Et germinare fecit Dominus Deus e terra omnem arborem concupiscibilem ad visum & bonam in escam: & arborem vitae in medio horti, & arborem scientiae boni & mali.

Et produxit adhuc deus de terra omne lignum formosum ad aspectum et bonum ad escam et lignum vitae plantavit in medio paradisi et lignum scientiae boni et mali.

(H) Produxitque dominus deus de humo omne lignum pulchrum visu et ad vescendum suave lignum etiam vitae in medio paradisi lignumque scientiae boni et mali.

Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu et ad vescendum suave lignum etiam vitae in medio paradisi lignumque scientiae boni et mali.

Und ER, Gott, ließ wachsen aus der Adama (Erde) jeden Baum, begehrenswert zum Beschauen und gut zum Essen, und den Baum des Lebens in der Mitte des Gartens und den Baum des Erkennens von Gutem und Bösem.

ER, Gott, ließ aus dem Acker allerlei Bäume schießen, reizend zu sehen und gut zu essen. Und den Baum des Lebens mitten im Garten und den Baum der Erkenntnis von Gut und Böse.

10 Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde dividitur in quatuor capita.

Et fluvius egrediens ex Heden, ad irrigandum hortum:

& inde dividitur, & est in quatuor capita.

Flumen autem prodibat ex Eden et in(r)rigabat paradisum

quod inde dividitur in quatuor (C) partes (I) principia.

(H) Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad in(r)rigandum paradisum

qui inde dividitur in quattuor capita.

**Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad in(r)rigandum paradisum
qui inde dividitur in quattuor capita.**

Und ein Strom, von Eden ausgehend, den Garten zu tränken.

Und von dort teilt er sich und wird zu vier Haupt(armen).

**Ein Strom aber fährt aus von Eden, den Garten zu netzen, und trennt
sich von dort und wird zu vier Flussköpfen.**

11 Nomen uni, Phison: ipse est qui circuit omnem terram Hevilath, ubi nascitur aurum.

Nomen unius, Pison: ipse circuiens totam terram Chavilah, quod ibi aurum.

(C) Nomen uni Fison hoc est quod circuit totam terram Evilath ibi

(I) Nomen est uni Fison hic est qui circuit omnem terram Evilat ubi
est aurum.

(H) Nomen uni Phison ipse est qui circuit omnem terram Evilath ubi
nascitur aurum.

**Nomen uni Phison ipse est qui circuit omnem terram Evilat ubi nascitur
aurum.**

Der Name des einen ist Pilon, es ist der, der das ganze Land Hawila

umfließt, woselbst das Gold ist.

Der Name des einen ist Pischon, der ist's, der alles Land Chawila umkreist, wo das Gold ist.

12 Et aurum terrae illius optimum est: ibi invenitur bdellium, & lapis onychinus.

Et aurum terrae illius bonum, ibi bdelium, & lapis onyx.

Aurum autem terrae illius optimum ibi est carbunculus et lapis prasinus.

(H) Et aurum terrae illius optimum est ibique invenitur bdellium et lapis onychinus.

Et aurum terrae illius optimum est ibique invenitur bdellium et lapis onychinus.

Und das Gold jenes Landes ist fein, daselbst ist das B´dolah und der S(ch)oham-Stein.

Gut ist das Gold des Lands, dort ist das Edelharz und der Stein Karneol.

13 Et nomen fluvii secundi, Gehon: ipse est qui circumit omnem terram Aethiopiae.

Et nomen fluvii secundi Ghichon. Ipse circuiens omnem terram Aethiopiae.

Et nomen (C) secundi fluminis Geon hoc circuit totam terram Aethiopiae.

Et nomen (I) secundo Geon hic est qui circuit omnem Aethiopiam.

Et nomen fluvio secundo Geon ipse est qui circuit omnem terram Aethiopiae.

Und der Name des zweiten Flusses Gihon, er ist der, der das ganze Land

Kus umfließt.

Der Name des zweiten Stroms ist Gichon, der ist's, der alles Land Kusch umkreist.

14 Nomen vero fluminis tertii, Tigris: ipse vadit contra Assyrios.

Fluvius autem quartus, ipse est Euphrates.

Et nomen fluvii tertii Chidekel: ipse vadens ante Assur.

Et fluvius quartus, ipse Perath.

Et flumen tertium Tigris hoc est quod vadit contra Assyrios
et flumen quartum dicitur Eufrates.

(H) Nomen vero fluminis tertii Tigris ipse vadit contra Assyrios
fluvius autem quartus ipse est Eufrates.

**Nomen vero fluminis tertii Tigris ipse vadit contra Assyrios
fluvius autem quartus ipse est Eufrates.**

**Und der Name des dritten Flusses Hidekel, er ist der, der östlich von
Assur geht, und der vierte Fluss das ist Phrat.**

**Der Name des dritten Stroms ist Chiddekel, der ist's, der im Osten von
Assyrien hingeht. Der vierte Strom, das ist der Euphrat.**

15 Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis,
ut operaretur & custodiret illum:

*Et tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in horto Heden, ad colendum
eum & ad custodiendum eum.*

Et sumpsit dominus deus hominem quem fecerat et posuit eum in paradiso

ut operaretur ibi et custodiret eum.

(H) Tulit ergo dominus deus hominem et posuit eum in paradiso voluptatis
ut operaretur et custodiret illum.

**Tulit ergo Dominus Deus hominem et posuit eum in paradiso voluptatis
ut operaretur et custodiret illum.**

**Und ER, Gott, nahm den Menschen und setzte ihn in die Ruhe im
Garten Eden, ihn zu bearbeiten und zu hüten.**

**ER, Gott, nahm den Menschen und setzte ihn in den Garten von Eden,
ihn zu bedienen und ihn zu hüten.**

16 Praecepitque ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede:

*Et praecepit Dominus Deus ad hominem dicendo: Ex omni arbore horti
comedendo comedes.*

Et praecepit dominus deus Adae dicens ex omni ligno quod est
in paradiso edes ad escam.

(H) Praecepitque ei dicens ex omni ligno paradisi comede.

Praecepitque et dicens ex omni ligno paradisi comede.

**Und ER, Gott, legte dem Menschen ein Gebot auf, indem er sagte:
Von allen Bäumen des Gartens iss nur immerhin.**

**ER, Gott, gebot über den Menschen, sprechend: Von allen Bäumen des
Gartens magst essen du, essen.**

17 De ligno autem scientiae boni & mali ne comedas: in quocumque enim
die comederis ex eo, morte morieris.

Et ex arbore scientiae boni & mali, non comedes ex ea, quia in die comedere te ex ea, moriendo morieris.

De ligno autem scientiae boni et mali non edetis ab eo qua die enim ederitis ab illo morte moriemini.

(H) De ligno autem scientiae boni et mali ne comedas in quocumque enim die comederis ex eo morte morieris.

De ligno autem scientiae boni et mali ne comedas in quocumque enim die comederis ex eo morte morieris.

Aber von dem Baum des Erkennens Gutes und Böses – von ihm sollst du nicht essen, denn des Tages, da du davon issest, wirst du sterben, sterben!

Aber vom Baum der Erkenntnis von Gut und Böse, von dem sollst du nicht essen, denn am Tag, da du von ihm issest, musst sterben du, sterben.

18 Dixit quoque Dominus Deus: Non est bonum esse hominem solum:

Faciamus ei adiutorium simile sibi.

Et dixit Dominus Deus: Non bonum esse hominem solum:

faciam ei adiutorium, tanquam coram eo.

Et dixit dominus deus non est bonum esse hominem solum

faciamus illi adiutorium simile(m) sibi.

(H) Dixit quoque dominus deus non est bonum esse hominem solum

faciamus ei adiutorem similem sui.

Dixit quoque dominus deus non est bonum esse hominem solum

Faciamus ei adiutorium similem sui.

Und ER, Gott, sprach, es ist nicht gut, dass der Mensch allein sei.

Ich will ihm eine Hilfe machen, gleichsam sein Gegenstück.

ER, Gott, sprach: Nicht gut ist, dass der Mensch allein sei. Ich will ihm eine Hilfe machen, ihm Gegenpart.

19 Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terrae,
& universis volatilibus coeli, adduxit ea ad Adam, ut videret
quid vocaret ea: omne enim quod vocavit Adam animae viventis,
ipsum est nomen eius.

*Et formavit Dominus Deus e terra omnem bestiam agri, & omne volatile
coeli, & adduxit ad ipsum hominem, ad videndum quid vocaret illud:
& omne quod vocavit illud homo, animae viventis hoc nomen eius.*

(C) Et quaecumque finxerat deus ex omni genere pecorum et ex omni genere

(I) Et finxit deus adhuc de terra omnes

(C) bestiarum agri et ex omni genere volatilium volantium sub caelo perduxit

(I) bestias agri et omnia volatilia caeli et adduxit

(C) ea ad Adam ut videret quid ea vocaret et quod vocavit

(I) illa ad Adam ut videret quid vocaret illa (A) et omne quodcumque vocavit

(C) ea omnia Adam animam vivam hoc est nomen eius.

(A) illud Adam animam vivam hoc nomen illius.

(H) Formatis igitur dominus deus de humo cunctis animantibus terrae

et universis volatilibus caeli adduxit ea ad Adam ut videret

quid vocaret ea omne enim quod vocavit Adam animae viventis

ipsum est nomen eius.

**Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terrae
et universis volatilibus caeli adduxit ea ad Adam ut videret
quid vocaret ea omne enim quod vocavit Adam animae viventis
ipsum est nomen eius.**

**Da bildete ER, Gott, von der Adama (Erde) jegliches Tier des Feldes
und jeden Vogel des Himmels und führte sie dem Menschen zu, um zu
sehen, wie er es nennen werde und wie alles der Mensch als lebendes
Wesen nennen werde, das sei sein Name.**

**ER, Gott, bildete aus dem Acker alles Lebendige des Feldes und allen
Vogel des Himmels und brachte sie zum Menschen, zu sehn, wie er ihnen
rufe, und wie alles der Mensch einem rufe als einem lebenden Wesen,
das sei sein Name.**

20 Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & universa volatilia
caeli, & omnes bestias terrae: Adae vero non inveniebatur adiutor similis
eius.

Et vocavit homo nomina omni animali & volatili coeli, & omni bestiae agri.

Et homini non invenit adiutorium tanquam coram eo.

(C) Et post haec vocavit Adam nomina omnium pecorum et omnium avium

(I) Et in(m)posuit Adam nomina omnibus pecoribus et omnibus volatilibus

(C) caeli et omnium bestiarum agri et secundum quod vocavit ea Adam

(I) caeli et omnibus bestiis agri

(C) hoc est nomen eorum usque in hodiernum diem ipsi

(C) autem Adae nondum fuit adiutorium simile illi.

(I) Adae autem non est inventus adiutor similis ipsi.

Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia et universa volatilia caeli et omni bestias terrae Adam vero non inveniebatur adiutor similis eius.

Da nannte der Mensch Namen allem Vieh und den Vögeln des Himmels und den Tieren des Feldes, aber für >Mensch< fand er keine Hilfe als gleichsam sein Gegenstück.

Der Mensch rief mit Namen allem Herdentier und dem Vogel des Himmels und allem Wildlebenden des Feldes. Aber für einen Menschen erfand sich keine Hilfe, ihm Gegenpart.

21 Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: Cumque obdormisset, tulit unam de costis eius, & replevit carnem pro ea.

Et cadere fecit Dominus Deus soporem super hominem, & dormivit: & cepit unam e costis eius & clausit carnem pro ea.

Et inmisit deus soporem in Adam et obdormivit et sumpsit deus unam de costis eius et implevit locum eius carne.

(H) Inmisit ergo dominus deus soporem in Adam cumque obdormisset tulit unam de costis eius et replevit carnem pro ea.

Inmisit ergo Dominus Deus soporem in Adam cumque obdormisset tulit unam de costis eius et replevit carnem pro ea.

Da ließ ER, Gott, Betäubung auf Adam fallen, so daß er schlief und nahm eine von seinen Rippen und verschloss mit Fleisch an ihrer

Stelle.

ER, Gott, senkte auf den Menschen Betäubung, dass er entschlief, und nahm von seinen Rippen eine und schloss Fleisch an ihre Stelle.

22 Et aedificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem:
& adduxit eam ad Adam.

*Et aedificavit Dominus Deus costam quam ceperat de homine in mulierem
& adduxit eam ad hominem.*

Et (C) formavit deus costam quam accepit ab Adam in mulierem
et adduxit illam ad Adam ut videret quid eam vocaret.

Et (I) aedificavit dominus deus costam quam sumpsit de Adam in mulierem
et adduxit eam ad Adam.

**Et aedificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem
et adduxit eam ad Adam.**

Und ER, Gott, baute die Rippe, die er von Adam genommen hatte, zum Weibe, und er führte sie Adam zu.

ER, Gott, baute die Rippe, die er vom Menschen nahm, zu einem Weibe und brachte es zum Menschen.

23 Dixitque Adam: Hoc nunc, os ex ossibus meis, & caro de carne mea:
quae vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est.

*Et dixit homo: Hac vice os ex ossibus meis, & caro ex carne mea:
ad hanc vocabitur Virago, quia ex viro sumpta est ipsa.*

Et dixit Adam hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea

haec vocabitur mulier quoniam de viro suo sumpta est et haec erit mihi adiutorium.

(H) Dixitque Adam hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea haec vocabitur virago quoniam de viro sumpta est.

Dixitque Adam hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea haec vocabitur virago quoniam de viro sumpta est.

Und Adam sprach: diese endlich, Bein von meinem Bein und Fleisch von meinem Fleisch, diese werde Männin genannt, denn vom Manne genommen ist diese.

Der Mensch sprach: Diesmal ist sie's! Bein von meinem Gebein, Fleisch von meinem Fleisch! Die sei gerufen Ischa, Weib, denn vom Isch, vom Mann, ist die genommen.

24 Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhaerebit uxori suae: & erunt duo in carne una.

Idcirco relinquet vir patrem suum & matrem suam, & adhaerebit cum uxore sua, & erunt in carnem unam.

Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adiungetur uxori suae et erunt duo in carne(m) una(m).

(H) Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una.

Quam ob rem relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una.

Darum verlässt ein Mann Vater und Mutter und hanget seinem Weibe

an: und sie werden Ein Leib.

Darum lässt ein Mann seinen Vater und seine Mutter und haftet seinem Weibe an, und sie werden zu einem Fleisch.

25 Erat autem uterque nudus, Adam scilicet & uxor eius: & non erubescabant.

Et erat ambo ipsi nudi, homo & uxor eius, & non erubescabant.

Et erant ambo nudi Adam et mulier eius et non confundebantur.

(H) Erant autem uterque nudi Adam scilicet et uxor eius et non erubescabant.

Erant autem uterque nudi Adam scilicet et uxor eius et non erubescabant.

Und es waren die beiden nackt, Adam und sein Weib. Und sie beschämten sich nicht.

Die beiden aber, der Mensch und sein Weib, waren nackt, und sie schämten sich nicht.